



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CCLVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

## D. Petri Duen.

Hanc regulam limitat vno modo Iacobinus de Sancto Georg. in d. l. 2. nu. 9. Eandem regulam cum 4. ampliacionibus & 6. limitacionibus ponit Iaf. in l. si per errorem nume. 9. cum sequen. ff. de iur. omni. iudic. Eandem regulam cum septem ampliacionibus & quatuor limitacionibus ponit Valtricus Zasius in d. l. per errorem, a numero 6. vsque ad numerum. 20.

## REGVLA CCLVIII.

**A**RTAS vbi est fundamentum intentionis alicuius, siue sit actor siue reus, ille debet eam probare. Hanc regulam probat text. in l. cum te. C. de probatio. & in l. si minorem. de in integrum restitu. mino. & in l. cu de etate. ff. de probatio. et ibi Iacobinus de Sancto Georg. Circa quam regulam vide Bart. notabi. in consi. 90. & in repe. l. de etate. nu. 12. ff. de mino. Anchara. in c. accessit. nu. 1. cum sequen. de desponsa. impu. Iacobi. de S. Georg. in d. l. si minorem, nu. 2. Io. Oldendor. in tracta. de probatio. c. fin. in regula 34. Alciat. in tract. præsump. in 3. regula, præsumptione 3. nu. 2. Petrus de Vnzola in practica artis notariatus, in cap. an de contractibus suis teneatur pubes respondere. nu. 22. notab. Ioan. Mauritium in tract. de restitutione in integrum. c. 315. cum s. sequentibus. Que regula probatur de iure Regio in l. iiii. titu. 14. parte. iij.

Hanc regulam limitat quatuor modis, vbi notabitur eam declarat Alciat. in tract. præsumptionum in 2. regula, præsumptione. 14. numero. 1. cum sequen.

## REGVLA CCLIX.

**A**RTAS, seu fragilitas etatis, seu imprudentia excusat in pœnalibus. Quam reg. probat text. in l. j. & 2. C. si aduersus delictu. & in l. 1. C. de falsa moneta. & in l. 2. ff. de termino moto. in l. ferre. ff. de reg. iur. in Clemen. si furiosus. de homici. gloss. que allegat quam plures concordantes. in d. l. ferre. De iure Regio probatur in l. 9. titu. j. & in l. 17. titu. 14. & in l. 8. titu. 31. parte 7. & l. 15. titu. 1. parte 1. & in l. 4. titu. 19. parte. 6.

Ampla primo, adeo procedere prædictam regu. vt talis minor non possit pro debito incarcerari. Ita tenet Bal. in l. j. nu. 24. C. qui bonis cedere poss. quem sequitur Iaco. de Sancto Geor. in l. nec im. puberem. nume. 3. ff. de in ius uocan. Chassanæ. in consuetu. Burg. in titu. {des rentes} Rubr. 5. §. 2. nu. 14. fo. 206. col. 4. pro qua opinio. est gl. in l. 3. in §. sed vtrum. ff. de mino. & ita tenet Ang. in repe. l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. lib. 10. Rom. in consi. 120. nu. 1.

Contra quam gl. tenet expresse Bar. in tracta. de carceribus, nu. 6. vbi dicit quod supradicta gloss. communiter reprobat. idem Bar. in l. si filio. la 2. ff. solu. matrim. Doct. in l. filius. ff. de pcurato. Bal.